

Zb
3336





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-79693-p0002-7

DFG

EPITHALAMIA IN HONOREM
NUPTIARUM

Z b
3336

Præstantiss. & Integerrimi Viri Juvenis
**Dn. JOACHI-
MI GERSTENBERCK
BUDSTADiensis,
Sponsi,**

Cum lectissima & pudicissima Virgine,

VERONICA,

Clarissimi & Consultissimi Viri,

Dn. Iohannis Martini, Illu-
strissimi Principis Friderici VVilhelmi, p.m.
Ducis Saxonie, &c. olim Consiliarii intimi,
Filia Spousa,

15. Novemb. A. 1613. celebratarum,

Scripta à Fautoribus & Amicis.

1918 P 127

J E N Æ

LITERIS WEIDNERIANIS.





Humani generis sator salusq;
Huc adsis Hymenæe dexter adsis.
Huic omnes juvenesq; virginesq;
 Laudes dicite consonis labellis.
 Votivasq; Deo preces potenti
 Purofundite corde supplicantes,
Vit nupt& facilis nova viroq;
 Vit& tempora præbeat secunda.
Humani generis sator salusq;
Huc pulcherrimus omnium Deorum
Idem maximus es sacerrimusq;
Tu cæli residens in arce summa,
 Saturno prior omnibusq; divis,
Gaudenti face nuptialis ignis
 Ipsi cælicolas polo parasti.
Humani generis sator salusq;
Huc pennis roseis volans jacentis
 Telluris petis arva dexter, adsis,
At totum volitans vagaris orbem:
Armatus face dexteram jugali,

Et

*Et tecum Charites simulq; Venusq;
Risus, latitiae, joci, lepores.
Humani generis sator salusq;
Te parvi pueri puellulae q;
Latibus vocibus accinunt vocantq;
Te propter juvenes nurusq; latas
Festis cantibus innovant choreas.
Incumbunt epulis socrus patresq;
Atque omnis tibi gratulatur etas.
Humani generis sator, salusq;
Tu sanctissimus igne nuptiali,
Humanum socias genus, ligasq;
Tu das omnia sanguinis propinquis,
Per te conjugelata degit uxor,
Tu Matrem facis facis Parentem,
Per te filia dicitur neposq;
Humani generis sator, salusq;
Mortalis sine te brevi propago
Lato deficeret furente tota.
Te cultoribus absque civitates
Præberent vacua feris cubile,
Squalerent fruticosa vere in ipso
Duris sentibus arva vepribusq;*

Huma-



Humani generis sator, salusq;_z^s
At te præside latus omnis orbis
Felici fruitur pereune risu.
Et nos ergò alacri benignitate,
Has festas tibi ludimus choreas.
Uno pectore & ore supplicantes,
Ut salvos facias tuos precamur.
Humani generis sator, salusq;_z,
Huc ad sis Hymenæe dexter ad sis.

Salomon Kiesel.



Ioachimus & Veronica.

Avgæapu.

I. hic nova Musica ore.

Musica ceu solita est disjunctas jungere voces:
 Eg_z, illis pariter promere dulce melos.
 Sic cum pectore Amor disjunctos jungit amantes,
 Et duplice suavem reddit ab ore sonum.
 Quid sit amor si nunc igitur rogitare laboras;
 Imodò; & HIC NOVA erit MUSICA in ORE duūm. Si

Sipetis exemplum? Joachimus id ecce reponit;
Dum cum Veronica vincula amoris amat.
Ille suum jungit Sponsa cum pectore pectus
Sponsus, ut appositis oribus ora canant
Ora canant igitur duo; donec tertium amorem
Os firmet, Sponsis perpetuumq; probet.
Et tandem harmoniam tribus de vocibus unam
Cernet amor, juncta & cum triade ipsa Charis,

M. Iohannes Georgius Zeidler, Chemn. Misn.

OMNE, ferunt, TRINUM PERFECTUM, arridet id-
Et mibi, si veteri dicto adhibenda fides. (ipsum)
PRIMUM jam ante dedi Sponsalibus, modo SECUNDUM,
TERTIU Mut elicias fac quoque SPONSE, metrum.
Quomodo fortè rogas, aurem mihi porrige, dicam,
At non convivis, sed tibi dicta sient.
Cum tua, SPONSE, tuum scandit VERONICA lectum,
Brachiolisq; suis jam tua colla tenet:
Rursus eam licet amplexibus excipe, & illa
Fac juvenem, fac te sentiat esse virum.
Junge latus lateri, tua junge labella labellis,
Cetera non opus est te docuisse, tenes.
Matribus hinc sient convivia garrula, versis
Huc ubi jam novies luna recuret equis.
Tunc, JOACHIME, tui (modò sit mihi vita superstes)
Filioli ad cunas tertia metra canam,
Versibus & faciam theca è meliore petitis,
Perspicias animi ut candida signa mei. Inte-

Interea hoc, JOACHIME, boni breve consule carmen,
 Quod tibi, quod Sponsæ scribere jussit AMOR.
 Perlege metra, tu&da ter naqz basia SPONSÆ,
 TRINUM PERFECTUM ficerit OMNE. Vale.

Ad Eundem.

Carmen ego tibi do, bis sex tuus ille medimnos
 Dat mihi frumenti præmia grata Parens.
 Post hac plura dabo tibi, SPONSE, tuoqz Parenti,
 Pluris non vendi carmina posse reor.
 Si mihi tot modij pro carmine quoqz darentur,
 Venderet an Romam PAPA rogare velim.
 Gratus ago grates, Patriqz, tibiqz medimnos
 Det totidem, mihi sunt quot data grana, DEUS,
 Quot data grana mihi, totidem det, SPONSE, Parenti,
 Det totidemqz tibi vivere secla. VALE.

Iohannes Weber, Scho-
 lœ Vinariensis Collega.



Dum friget celsum brumali sidere cœlum,
 Et Boreas tristem spargit ab axe nivem.
 Ecce tibi JOACHIME cupis conjungere Sponsam,
 Quæ tibi vult pectus corde fovere suo.
 Scilicet ut durum pellas de corpore frigus,
 Atque tua haud habeas mente timere nivem.
 Gratulor hinc igitur latus tibi, teqz beatum,
 Esse precor toto pectore, mente, animo.


Michael Heckelbach Jenensis.

Dulce



Dulce sit auspicium, felix medium, ultima fausta,
Conjugij tria sunt quæ piè usq; inque precor.

Iacobus Gerstenbergk,
Sponsi Frater.



O Minibus sacra hæc peragantur ut omnia faustis,
Ardeat & Sponsæ, Sponsus amore suæ;
Et sit conjugium fælix, sin fœdera tæda,
Ac pariat thalamus gaudia mnlta novus,
Et nova nupta sui Sponsi quoque flagret amore,
Excedint Sponsis ut benè cuncta precor.

Quirinus Kubach.
Roslaviensis.

F I N I S.



Pon. Z b 3336.

AK.

ULB Halle

001 949 756

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-79693-p0012-3

DFG

EPITHALAMIA IN E
NUPTIARUM

Præstantiss. & Integerrimi

Dn. JOAC
MI GERSTEN
BUDSTADIE
SPONSI,

Cum lectissima & pudicissima v

VERONIC

Clarissimi & Consultissimi

Dn. Iohannis Mar
strissimi Principis Friderici V
Ducis Saxonie, &c. olim Con
Filia Spousa,

15. Novemb. A. 1613. celeb

Scripta à Fautoribus & c.

1918 P 127

J E N A

LITERIS WEIDNER

